

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rhane, I.U.D. & Prof. Ordi: Ad iusta
exequalia Quae Iuveni ... Dn. Sebaldo Vollgnad/ Vratislava Silesio, Phil. & Med.
Studioso. facient Hospes & Populares. Cives Literariae ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174766>

Druck Freier  Zugang





II- 1561. 17.

RECTOR
 Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
 J. U. D. & Prof. Ordin:

Ad justa cœquialia —

Quæ

*Juveni, dum vivaret, præstantissimo
 & doctissimo*

DN. SEBALDO
 VOLLENWOLD / Vratislavia Silesio,
 Phil. & Med. Studio so.

facient

HOSPES & POPULARES.

*Cives Literaria sua Reip: sedulo & am:
 in adem D. Maria ad horam dimi
 diatam primam in vitat.*



ROSTOCHI,

*Litteris NICOLAI KILI, Academ: Typogr,
 ANNO M DC XXXIX.*

II. 1560. 17



ROSTOCK
UNIVERSITÄTS- UND STADTBIBLIOTHEK
ROSDOCK



E Niobe commenta est ingeniosa
Poetarum licentia, fuisse eam
Neptim Atlantis: matremq; nu-
meros& sibolis, tam mascula, quā
alterius sequioris sexus, quo no-
mine cum se se extulisset magnifi-
cè, omnem istam prosapia spem subitæ internecioni
fuisse datam. Ac filios quidem ab Apolline, filias
à Diana sagittis confectas. Matrem protenus
ipsam, ut tantam liberorum stragem, una dic fa-
ctam, conspicata est, permutatam in Saxum. Vti-
nam, Cives academicí, infelicem Niobes imaginem
Lyceum hoc nostrate non representaret ad vi-
vum! Est sane illud natum productumq; benigni-
tates supremi illius ☽ omnipotentis Atlantis, qui
solus, ætheris æternas Rector molitur habens.
Est etiam ☽ hactenus audiit secunda parens fre-
quentissima literaria pubis, juventutis studiosa,
naturæ ad decus, ad virtutem, ad eruditionem ☽
sapientiam; quam suam sortem in magna gloria &
felicitatis parte ponere, ☽ hoc nomine præ alius
gloriari, hactenus potuit. Sed (qua est arumnabi-
lis ☽ funesta præsentium temporum conditio) cepit
Apollo cum Diana; Sol cum Lunâ, totusq;
Hhhh 2 exerci-

exercitus astricorū Cīvium coniurationem moliri,
conspirare in præsentem cladem Eruinam flo-
rentis juventutis; quādo immisā terra Econta-
giosa luce velut præ acutis Epenetrantibus spiculis
confossi sunt, sunt humi strati. Ee societate cōmu-
ni exturbati, tot egregiū Viri Juvenes literarū E
Eruditionis mystæ excellentes, alteri post alteros
densatis funeribus. Non potest hac Academia, tan-
quam tristis Econsternata mater, ad internecio-
nem suorum non stupefcere, ac pene sine sensu atto-
nita siare veluti Marpessa catætes. Quemadmo-
dum enim dolorem persentiscit universum corpus,
cum ei præciduntur auriculas, aut amputantur ar-
tus: Sic justi doloris sensus tangit Eferit into-
grant compagem Academicam, ex membrorum
luctuoso obitus. Non effluxit unicum biduum cum
tumbā aperiremus justaq; faceremus Cīvi litera-
rios Viro Juveni Silesio: Ecce hodie jubemur eo-
dem officio prosequi ejusdem ordinis E Nationis
alium studiosum Juvenem, Eruditionis hanc
vulgaris, modestia vero E integritatis eximia
Dn. SEBALDUM Vollgnad/ Vratislavien-
sem qui (quantum accepimus à Dominis populari-
bus E amicis ipsius.) Natus est, ibidem civita-
tis in Silesia summo loco, ex veteri & laudatissimā familiā.
Parentes fuere spectatissimus, ac integerrimus Vir Dn. PHIL-
LIPPUS Vollgnad/ Cīvis & Mercator apud Vratisla-
viensis

ses primarius ac fama integrerrima, cuius vitam fata in hunc
usq; diem prorogarunt, ut nimis aliquis esset, qui precipue
luctu adfligeretur. Mater vero ex honesta Laureorum
familia exorta est, Patre viro olim undique integrerrimo
Dn. S E B A L D O Laure civi & Pharmacopao Vratislaviensti
semper in primis habito, qui ambo dudum abierte in illum
locum, quo noster jam abiit. Postquam in hanc lucem ex-
positus est, & omnium mortalium conditionem ingressus,
continuo Parentes id unicè operam dederunt, ut curaretur
filius eo modo, quo hominem Christianum ortum, & jam iam
Christianum, curare aequum est. Primo igitur omnium
sacro lavacro imbutum Ecclesie Christi inscri curarunt ante
Annos XXIII. Post à teneris ita porro fuit educatus, ut
nemo magnoperè quid desiderare in eo potuerit, & omni in-
dustriā à Praeceptoribus, tūm publicis tūm privatis iis edo-
ctis, qua probum & elegantem adolescentem scire decet.
Factis hoc modo fundamenta artium & linguarum, que re-
quiruntur ad studia aliora feliciter incipienda & finienda,
ablegatus est in hanc nobilem & celebrem Academiam,
tanquam ad mercatum banarum artium. Venit huc men-
se Octobri anni C 10. 10. c. XXXVI. Rectore Magnifico Dn.
J A C O B O F A B R I C I O Archiatro, & Professore Cele-
berrimo. Id tempus, quod hic commoratus est, transegit lau-
dabiliter, & nulli rei alijs, prater quam negotiis suis, id est, bo-
nis litteris tribuit, quibus incubuit ita, ut jam Philosophiae
partibus quantum necessarium fuit, perlustratis, frequentatis
ac diligentissime cultis collegis Mathematicis omnis generis,
Physicisq; subductu Excell. & Celebratissimi Dn. PETRI
LAUREMBERGII, Phil: & Med: D. & Prof. Ord.
habitū etiam disputationibus, inguis nnā publicā de mo-
dalibus sub presidio Clarissimi Dn. M. H A R T M A N
NI, & aliorum virorum excellentium. His, inquam, dis-
cipulis studiisque sedulo, gnaviter, & accurate perce-

Hhh 3

ptis,

pris ad Medicinam, cui vitam omnem, omniaq; studia suo
consecraverat, pleno gradu contendit. Contendit quidem,
sed frustra. Mors istos conatus omnes inhibuit, subverti-
que prorsus spem omnem futura Eruditionis, quibus Patria
juxvari desiderabat. Instrumento Mors usus est ad extinguen-
dam ejus vitam Febre quâdam, ex eârum numero, qua cito
& cum vehementiâ periodum suam absoltunt. Fuit ille
quidem semper valetudine parum firmâ, & subinde vires
adhibitis medicamentis roborare, naturamq; confirmare
conatus est. Ante dies vero quasi daodecim morbus illum
vehemens, quem nomina vimus, aggressus est, & reluctante
quidem invitumq; lecto adfixit. De ipsis vero voluntate ro-
gatus est CL. & Experiensissimus Vir Dn. JOHANNES
ANDREÆ Med. D. insignis, ut morbum extirparet, sani-
tatemq; reduceret. Adhibuit ille omnem suam industriam
ac Eruditionem, tantay, sollicie udine ipsius curam gesit,
quanta in fidei Medico requiri potest. Nec minus & Hospes
Vir Honestiss. & integerr. Dn. NICOLAIUS Stubbel
ejusq; conjux ipsius curam ita suscepereunt, ac si ex ipsis pro-
gnatus fuisset. Sed nihil effici potuit omni remediorum
apparatu contrâ pertinacissimum hostem, vicitq; ejus atrocitas,
non quia Medicina defecit, sed quia terminus vite ad-
fuit. Terminata autem ejus vita die Solis proxime preteri-
to, qui erat VII. Octob. Quod ita factum est. Cum morbus
cresceret magis ac magis, & jam ipse sentiret virium debili-
tatem, voluit prius in gratiam cum Creatore redire, & ciba-
ri sacrosanto corpore ac sanguine Servatoris. Contigit ipse
bac felicitas: cibatus est a Rever. Viro Dn. M D A V I D E
Tunder Diacono ad D. Maria. Hac felicitate mactatus vi-
sus est esse lector paullo, & se totum ad mortem composuit,
serius precibus animam suam DEO commendavit. Testari
possunt iis, qui morituro & morienti etiam adstiterunt, quam
cogitare

cogitare de rebus suis, pauculis horis ante beatissimum obitum,
egerit cum familiaribus: Quam ardenter ex intimo ad fes-
tum Deum precatus sit. Et cum jam cum morte ultimum
conflictaretur, & loqui desisset, tamen tacitiè animo imitatus
est precantium voces, (quod ex labiorum moru aliquamdiu
manifestum fuit) Ac tandem inter illas preces placidissime
animam exhalavit hora fere media sexta vesperrima 7. Oct.
Nemo nostrum tam aversus est ab humanitate, tam
amoris, quo erga liberos parentes ducuntur, igna-
rus, qui non agnoscat & ultiro fateatur, grande ac
penetrabile vulnus inflictum esse animo superstitionis
parentis per insperatum ac prematurum obitum
charissimi prolixamq; spem de futuris meritis &
virtutibus suis, pridem præbentis filii. Sed enim
vero, uti nunc mores hominum sunt, uti idea &
processus rerum in Imperio ultiro citroq; volvitur,
habet defuncti Pater quo sese prolixe & pie consolari
queat. O quam innumeris turbis, periculis,
perplexitatibus, surreptum & liberatum suum fi-
lium, jam certus est frui tranquillitate, gaudio &
securitate innarcessibili! Gratuletur ei potius im-
petratam beatitatem quam invideat. Non desi-
mus nos, Cives mei, nostro decori ac officio, sed,
(quod poterit absentis Patris luctum in partem le-
nire) presentia nostra & comitatu frequenti con-
decoremus exequiales Ceremonias, memores in-
stabilis & infida nostra conditionis, qua talis est,

ut

ut dum loquimur fugerit invida ætas. Sicuti
operam exigui temporis, Et per brevis ambulatio-
nis in funebri hac solennitate ahs vobis mihi polli-
ecor, Ita ut cam præstetis juveni vestri Ordinis
Cultissimo, homini peregrino, quali jus hospie-
talitatis Et humanitatis tam vivo quam vita fun-
Eto religiose etiam exhibebant olim Ethnici; præste-
tis eam honorabili nationi Silesiaca, mæstissimoq;
defuncti genitori, ad quos omnes hic honos redun-
dabit, id sanc quanta possum Et par est operâ vos
hortor Et rogo. P. P. Rostochi sub sigillo Re-
ctoratus nostri Anno 1638.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174766/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174766/phys_0011)

DFG



cogitare de rebus suis, pauculis horis ante
egerit cum familiaribus: Quam ardent
et tu Deum precatus sis. Et cum jam cur
conflictaretur, & loqui desisset, tamen tac
est precantium voces, (quod ex labiorum
manifestum fuit) Ac tandem inter illas p
animam exhalavit hora ferè mediâ sextâ
Nemo nostrum tam aversus est ab h
amoris, quo erga liberos parentes d
rus, qui non agnoscat & ultro fateat
penetrabile vulnus inflictum esse a
parentis per insperatum ac premat
charissimi, prolixamq; spem de futu
virtutibus suis, pridem prabentis fil
vero, uti nunc mores hominum sun
processus rerum in Imperio ultro ci
habet defuncti Pater, quo sese proli
lari queat. O quam innumeris tu
perplexitatibus surreptum & liber
rium, jam certus est frui tranquillit
securitate innarcessibili! Gratulet
petratam beatitatem, quam in vide
mus nos, Cives mei, nostro decori
(quod poterit absentis Patris luctun
nire) presentia nostra & comitatu
decoremus exequiales Ceremonias
stabilis & infida nostra conditionis:



the scale towards document

Image Engineering

Scan Reference Chart - T658 Serial No. 052